



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dictamen Illustrissimi ac Reverendissimi P. Mag. Fr.
Gabrielis Adarzo de Santander, Episcopi Viglevanensis,
Ad Interrogata respondens Circa Exclusivam, quandoque
à Principibus interpositam, ne ...**

Adarzo, Gabriel

Francofurti, 1660

III. Animus inquietus, & deditus seminare discordias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10517

titulo 9. num. 19, & II obligat Parochum, judicem, & Governatorem Reipublicæ ad vitanda impedimenta remota, obstantia executioni suorum officiorum, eo præcise quòd eorum obligationi sit de jure naturæ: Cum igitur Princeps jure naturæ sit obligatus bono publico Regni & præcautioni contra malum erimminens, fit consequens quod teneatur vitare impedimenta, etiam remota, obstantia quieti publicæ Regni: Unde dato, quod consanguinitas non esset proxima causa bellandi, sed tantum remota, cum obstet quieti publicæ Regni, ad quam jure naturæ Princeps tenetur, sequitur quod Princeps sit obligatus eam vitare, satagendo ne eligatur, & roboretur, qui consanguineos habet adversus se præliantes.

MOTIVUM TERTIUM.

Habere inquietum animum, & deditum seminare discordias.

Tertio poterit Princeps esse suspectus de illo Eminentiſſimo Cardinale, quem certò moraliter scit habere animum inquietum, ac deditum seminare discordias. idque certò timere prudenter poterit, cum

cum non amplexurum pacem publicam, immò profligaturum, sub quolibet prætextu apparenti, & quæsito. Detali namque nemo dubitabit quod inthronizatus validius id ipsum exequetur.

Primò, quia *quod à natura inest, semper inest*, secundam Aristotelem *lib. 6 moral. cap. 13.* secundò, quia in posterum *iderit quod fuit antea*: consule dicta, num. 7. Tèrrio denique, quia juxta Regulam 8. juris, *qui se- me est malus semper, præsumitur malus*; quæ intelligitur in eodem genere mali; & quamdiu emendatio non potest ex indiciis colligi. Videatur Glossa ibi: & Barbosa *axiomate 142. num. 3. & 4.* & Layman *sect 5. cap. de judicio temerario.* Quæ regula maximè habet locum, quando agitur de damno vitando, ab eo, qui illud vitare tenet, ut docent communiter Doctores: ergò. Sed de hoc motivo latius in sectione sequenti, ubi præsentia Ecclesiæ mala aperiemus, & ponderabimus, deducendo ex eis, quis in hac tempestate dignus, indignusvè eligi, & dici debeat.

MOTIVUM QUARTUM.

Moralem Causam extitisse Bellorum.

43 **Q**uartò denique, poterit Princeps prudenter esse suspectus & timere, quod pacem publicam fugabit